Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tauratur hoc quod perisse do
cetur? Nunc quod anima mea
perit ut ad eius restaurationem
uenire possim per fidem? ne
scio quam tu asseris? Andreas
respondit. Hoc est quod te dicere de
sideraba. ut dum perditas
animas omnium hominum docuero?
istam restaurationem earum per
crucis mysterium pandam.
Primus enim homo per lig
num preuaricationis mortem in
duxit. et necessarium hoc erat
generi humano? ut per lignum
mors que ingressa fuerat
pelleretur. Et quomodo de inma
culata terra factus fuerat homo
primus. qui per lignum preuarica
tionis mundo mortem intule
rat? necessarium fuit. ut de
inmaculata uirgine natus per
fectus homo cui dei filius qui pri
mum hominem fecerat personaliter
unitus. uitam eternam quam perdi
derant per adam hominibus re
pararet? ac de ligno crucis
lignum concupiscentie excludere
et expanderet in cruce
inmaculatas manus pro manu
bus incontinenter extensis?
pro suaui cibo arboris uetite
escam fellis acciperet. et in se
susciperet mortalitatem nostram.
ut suam nobis immortalitatem
ferret. Egeas dixit. Ista uer
ba illis narrare potes qui
tibi credunt. mihi autem nisi hoc
consentias ut sacrificium
diis omnipotentibus offeras? in
ipsa cruce quam laudas fati
gatum affigi precipiam. An
dreas respondit. Omnipo
tenti deo qui unus et uerus est deus
ego omni die sacrifico non thu
ris fumum. nec thaurorum
mugientium carnes. nec
hyrcorum sanguinem. sed inma
culatum agnum cottidie in
altare crucis sacrifico.
Cuius carnes postea quam omnis
populus credentium manduca
uerit et eius sanguinem biberit.